



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac Ex Probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniae Agrippinae, 1713**

Q. 41. Quomodo peccet, qui deliberat, an velit in mortale consentire.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42521**

in illicitam delectationem tantum cogitatione sumptum, sive in neutrum expressè tendendo, sensui oblationem, quam advertit, sine alia deliberatione etiam & resistantia permittat, hoc enim casu potest & debet resistere, & non facit, adeoque virtualiter consensit. Præterea id etiam advertendum est, dæmonem usque sensum tentationes injicere sub enunciatione significante consensum, volo hoc facere &c. cum tamen longissime absit voluntas consensus, qui nequit quam incidentibus verbis, sed vero suo proprio actu dijudicandus est.

227. Q. 39. Quomodo peccet, advertens actionem suam esse peccatum, sed non cogitans, an sic mortale an veniale? Hoc resolutum est I. 1. à n. 1.

228. Q. 40. Quomodo peccet, advertens actionem suam esse mortale, sed abstrahens, quale & cuius speciei sit? S. Thom. I. 2. q. 19. a. 5. ad 3. dicit nunquam in abstrahi, sed semper cognosci malum in certa specie: Idem dicunt Vasq. & alii eum Merat. d. 7. f. 7., sed dato supposito, dicendum est peccare mortaliter, peccato speciei innominatae, quæ opponitur honestati actus, quo quis vellat non peccare mortaliter, Oviedo in I. 2. t. 4. controv. 1. p. 3. Vide dicta hic n. 21. inst. 1. & 2.

229. Q. 41. Quomodo peccet, qui deliberat, an velit in mortale consentire. R. Si faciat plenè advertenter, peccat mortaliter, quia voluntas sic hærens, ipsa appretiat peccatum cum Deo, sicuti enim dubitans in fide, ideo peccat mortaliter, quia hæret, velitne plus tribuere autoritati Dei et velantis, an judicio suo vel apparentiæ rationis in oppositum, ita multò magis hic, quando hæret, an præferre velit Deum an peccatum. 2. Saltem per hoc se exponit periculo proximo con-

senus

sensis in tale peccatum , ergo peccat , & quidem peccato ejus speciei , cuius est illud , de quo deliberat , ideoque tenetur in Confessione dicere , se ita deliberasse circa tale peccatum , quamvis poena non consenserit in illud , Sanc*h. i. Decal. l. 1. c. 1. n. 16. Herinx d. 7. n. 42. &c alii.*

*Q. 42. Quandonam mortale fiat veniale defectu 230?*  
 materiae p*z.* Quæstio resolvi non potest , nisi prius sciatur , quænam materia censeri debeat gravis vel levis ; Deinde , unde in praxi colligamus , an materia sit gravis vel levis ; præterea an materia levis possit substare gravi obligationi : his intellectus facile erit concludere , quomodo mortale fiat veniale defectu materiae .

*S. 1. Pro regula generali , ex qua sciatur , quænam materia dici debet gravis vel levis , valde laborant AA. Hinc s. aliqui apud Ovied. hic controv. 3. n. 141. putant hoc esse defumendum ex respectu partis ad totum , dicuntque materiam illam esse gravem , quæ est tertia pars totius , quod à lege imperatur , quod autem est minus , esse levem. Hæc regula tenet in aliquibus , sed fallit in plurimis , nam tertium Nocturnum non est tertia pars Matutini dominicalis , labor servilis per 7. horas die festo non est tertia pars dicti naturalis , & tamen utrumque est materia gravis. E contrà duo psalmi sunt plus quam tertia pars Nonæ , & tamen sunt materia levis. 2. Caramuel dicit octavam partem totius esse material notabilem , & quod est minus , esse materiam levem , quia , inquit , omne totum tam physicum quam morale secundum intensionem censetur constare octo partibus , hinc quando significamus aliquid summum , dicimus , ut octo , v. g.*

O 3 ignis